Ipsum solum quod iocundum et delectabile est; cum diligis, cui dili-
gis? Sibi an tibi? Si deus est tuus cum diligis, eum intellige quia bonum
tuum ipse est. Qui deum diligit non concupiscit et habere velle et possidere et
frui? Si non habere velle, habere sibi velle retinere quis suum bonum nunquam dili-
git? Forsitan non cum habetur, non habetur, non cum diligitur. Bona ista corporis sunt sepe ama-
ntur cum non habentur et cum habentur nunquam despiciuntur. Non tale est bonum quod deus est.
Si amatur habetur, si diligitur gustatur. Presens est dilectioni. Si ipse diligere potes
habere. Sed dum das hoc recipis, non aliud pro illo quam non pro alio ille datur.

Sed forte mercenarius eris si deum diligis
et si vis ut premium ab illo accipias. Dicunt hoc quidam stulti et tamen stulti
ut se ipsos non intelligant. Diligimus deum et servimus illi, sed non querimus premium
ne mercenarii simus. Quare ipsum non querimus? Dabit si voluit, sed non querimus. Intimi
ergo excutimus manus ab omni munere ut et ipsum non queramus quem diligimus. Pura
est et gratuita et filiali dilectione diligimus, non querimus. Ipse cogitet si quid
dare voluit, nos nichil requirimus. Diligimus Christum, sed non querimus aliquid et ipsum
non querimus quem diligimus. Audite o sapientes. Diligimus inquiunt ipsum
sed non querimus ipsum. Hoc est dicere: diligimus ipsum sed non curamus de ipso. Ego hoc
sic diligi nollem a vobis, si me sic diligeretis ut de me non curaretis. Ego
de ista dilectione non curarem. Vos auditis si dignum est ut deo offeratis quod
homo digne respuit. Quomodo ergo inquiunt mercenarii non sumus si deum propter hoc di-
ligimus ut premium ab eo accipiamus? Non est quam amare neque amor ille filialis
sed mercenarius et sui premium querit pro virtute sua. Qui hoc dicunt virtutem
dilectionis non intelligunt. Quid diligere est diligere nisi ipsum habere velle, non aliud
ab ipso sed ipsum, hoc est gratis. Si aliud quereres ab ipso gratis non amares. Nunc
autem non aliud queres preter quod amas et tamen aliquid queris et desideras in eo ipso quod amas.
Alioquin non amares si non desiderares. Sed ipso aliud est pro ipso aliud in ipso.
Si pro ipso aliquid amas mercennarius es. Si in ipso amas et ipsum amas filius es.
Consummata etenim aliud aliquid esse cogitavimus et divisum ab ipso bono quod